L. 13. κδ'. 1) \* Τότε<sup>ο)</sup> κατέχεται ὁ δεσπότης τῇ ἐπὶ τῷ συναλλάγματι τοῦ οἰκέτου ἀγωγῇ, ὅτε ἰδικῶς ὁρίσει τὴν ποσότητα, τὴν ἀφείλουσαν δανεισθῆναι ἢ τῷ δούλῳ, ἢ τῷ μισθωτῷ ἢ τῷ γεωργῷ, ἢ τῷ διοικητῇ τοῦ ἀγροῦ. ἐπειτοίγε οὐκ ἔστι κατ' αὐτοῦ ἡ ἀγωγή, ἐὰν παρέθροτο δι' ἐπιστολῆς τῷ δανείσαντι τὸν οἰκέτην ἑαυτοῦ, ἢ τοὺς μισθωτοὺς, ἢ τὸν τοῦ ἀγροῦ διοικητήν.

2) Καί<sup>ρ)</sup> ὅτι τότε κατέχεται ὁ δεσπότης, ὅτε ἰδικῶς ὁρίσει τὴν ποσότητα, τὴν ἀφείλουσαν δανεισθῆναι ἢ τῷ δούλῳ, ἢ τῷ μισθωτῷ, ἢ τῷ γεωργῷ, ἢ τῷ διοικητῇ τοῦ ἀγροῦ. εἰ δὲ παρέθροτο δι' ἐπιστολῆς τὸν οἰκέτην αὐτοῦ τῷ δανείσαντι, ἢ τοὺς μισθωτοὺς, ἢ τὸν τοῦ ἀγροῦ διοικητήν, οὐκ ἔστι κατ' αὐτοῦ ἡ ἀγωγή.

τὸτε κατέχεται ὁ δεσπότης] <sup>Ανατόλιος</sup> 1). Τότε κατέχεται ὁ δεσπότης τῇ quod iussu, ὅτε φανερῶς κελύσει δανείσαι ποσότητα. καὶ ὁ μὴ οὕτω δανείσας οἰκέταις, ἢ γεωργοῖς, ἢ μισθωτοῖς κτηματος, ἢ φροντιστῇ, μηδεμίαν ἐχέτω ἀγωγῆν, μήτε κατὰ τῶν δανεισμένων αὐτῶν, μήτε κατὰ τοῦ δεσπότου. ἀλλὰ μὴ παραθῆναι δι' ἐπιστολῆς ἔνοχόν τινα ποιῆται, εἰ μὴ ἰδίῳ δεσπότου παρακολουθήσει ἐπιτροπῇ. ἐκπιπέτω τοῖσιν τοῦ χρέους ὁ τοῖς εἰρημένους δανείσας δίχα γνώμης δεσπότου, ἢ δόσεως ἐγγρητοῦ. ἐν ᾧ δὲ καὶ οἰκέτης ἐστὶν ὁ δανεισμένος, καὶ μὴ ὑπόκειται λόγοις δεσπότου, κινείσθω ἢ de peculio. [Sch. f. II. 360.]

### TITULUS I'

Περὶ ἀγωγῆς τῆς κινουμένης κατὰ τοῦ πατρὸς ἢ δεσπότου, ἠνίκα ὑπεξούσιοι αὐτῶν συναλλάσσοντες μετὰ ἐτέρων ἔνοχοι αὐτοῖς γίνονται ἐν τῷ πεκουλίῳ αὐτῶν).

L. I. α'. 1) \* Ἐὰν<sup>ς)</sup> κελύσει μου ὑπεξούσιός μου συν-  
D. XIV. 5.

1) E Syn. p. 65. haustum est. Deest apud Fabrotum. 2) E Tipucito. 3) E Tipucito. 4) E Syn. p. 180. habet Fabr. T. II. p. 359. 5) E Tipucito. 6) E Syn. p. 180. habet Fabr. T. II. p. 359. 7) E Tipucito. 8) Hoc schol. est e Syn. p. 180. 9) Haec tituli inscriptio exhibetur in indice titulorum Coislianiano et apud Tipucitum. Fabrotus hanc inscriptionem suppeditat: ὅτι ἡ μετὰ τῆς ἐτέρων ἐξουσίας οὕσα πραγματεία λέγεται. 10) Cap. I. est e Syn. p. 180. apud Fabr. T. II. p. 360. qui praefigit Οὐλίαν. Sed nomina Iureconsultorum a Fabro praemissa omisi, a Synopsi et reliquis restitutionis fontibus quippe aliena.

heres scriptus sit, in solidum: si vero scriptus non sit, in quantum facere potest, tenetur. Si emancipatus sit, similiter in quantum facere potest, tenetur.

XXI. Servus, qui liberam peculii administrationem habet, rem peculiarem vendere potest: nec vero, qui eam non habet. Sed ne iustum quidem initium possessionis praestat ei, qui in publico emit. Si res mobilis fuerit, furti quoque in duplum actio adversus emptorem competit.

Item de eo, quale peculium vendere servus possit, quale non possit. Sed si vendiderit, eum, qui sciens emit, furti actioni obnoxium reddit.

XXII. Item si ancilla contraxerit, quomodo superstite ea in dominum de peculio actio competat, in quantum locupletius factum est peculium: post mortem vero eius, intra annum.

XXIII. Dominus suo nomine non obligatur, cum servus contraxit: sed actione de peculio tenetur, deducto eo, quod naturaliter debetur, et de in rem verso.

Item dominus, cum servus contraxit, suo nomine non obligatur: tenetur autem actione de peculio, et de in rem verso.

XXIV. Tunc tenetur dominus 1) actione ex contractu servi, cum specialiter quantitatem definierit, quae vel servo, vel conductori sive colono, vel actori fundi mutuo dari debeat. Quippe non est adversus eum actio, si per epistolam servum suum, vel conductores, vel fundi actorem creditori commendavit.

Item tunc tenetur dominus, cum specialiter quantitatem definierit, quae vel servo, vel conductori, vel colono, vel actori fundi mutuo dari debeat. Sed si servum suum, vel conductores, vel fundi actorem per epistolam creditori commendaverit, non est adversus eum actio.

1) tunc tenetur dominus] Anatolius. Tunc dominus actione quod iussu tenetur, cum aperte mutuum dari quantitatem praeceperit. Qui hoc modo servus, vel colonis, vel conductoribus praedii, vel procuratori mutuum non dederit, nullam habeat actionem, neque adversus eos, qui mutuum pecuniam acceperunt, neque adversus dominum. Per epistolam autem commendatio neminem obligatum reddat, nisi ipsius domini iussu secutum fuerit. Excidat igitur debito, qui personis supradictis sine voluntate domini, vel fideiussoris praestationem crediderit. Quodsi servus fuerit, qui mutuum sumserit, nec domini rationibus fuerit obnoxius, actio de peculio moveatur.

### TITULUS III.

De actione, quae adversus patrem vel dominum competit, cum ii, qui in potestate eorum sunt, cum aliis contrahentes his in peculio ipsorum obligantur.

I. Si iussu meo is, qui in potestate mea est,



ἀλλάξῃ, εἰς ὀλόκληρον ἐνάφομαι· ἢ ἂν μὴ ἐκέλευσα, πρὸς τὸ γεγονός διαπάνημα εἰς τὰ πράγματά μου· ἢ μηδεὶς τούτων ὄντος, ἢ τῆς κατὰ τοῦ προστήσαντος ἀγωγῆς, δι' ἧς ὁ δεσπότης εἰς ὀλόκληρον ἐνάγεται τοῖς τῷ ὑπέξουσίῳ συναλλάξασιν· ἢ τῆς διαιρούσης μεταξὺ τοῦ δεσπότητος καὶ τῶν συναλλάξαντων τὸ κέρδος ἀναλόγως, χωρὰ τῆ περι τοῦ πεκουλίου ἀγωγῆ.

2) Καὶ τ' εἰς τί εὐθύνονται οἱ ἔχοντες αὐτοὺς ὑπέξουσους, κεύσει αὐτῶν συναλλάξαντας, ἢ παρὰ κέλευσιν, καὶ ποῖαι ἀγωγαὶ κατ' αὐτῶν δίδονται.

β. <sup>u)</sup> Καὶ εἰ δαπανηθῶσιν εἰς τὸ πεκούλιον τοῦ υἱοῦ, ἢ εἰς τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς, καὶ γένηται ὁ υἱὸς αὐτέξουσος, ἢ εἰς θέσιν δοθῆ, ἢ παρὰ τοῦ πατρὸς ἀπόκληρος γενόμενος, ἢ εἰς μέρος γραφόμενος, ἢ ἀποτασσόμενος τῷ κλήρῳ, ἐνάγεται εἰς ὃ καταβαλεῖν δύναιται.

γ. <sup>v)</sup> Καὶ οὐχ ὑπέξαιοι τὸ κερσεωστημένον ἑτέροις ἐν ὑπέξουσιότητι συναλλάξασιν αὐτῷ, εἰ μὴ τις ἐστὶν προτίμησιν ἔχων, ὡσπερ ἡ γυνὴ ἢ μνηστὴ περι τὴν προίκα. καὶ ποῖον ὑπέξαιοι.

δ. <sup>w)</sup> Εἰ δὲ μὴ γραφῆ εἰς ἐλάχιστον ὁ υἱός, ἐν τίσιν καὶ πῶς ἐπιλογὴν ἔχει ὁ δανειστής, ἀνάγνωθι.

Καὶ ὁ πλασόμενος αὐτὸν αὐτέξουσιον, καὶ ἀπόκληρος, καὶ ἐπὶ τῶν ἀμαρτημάτων εἰς ὀλόκληρον ἐνάγεται.

Καὶ τίς μέχρις εὐπορίας βοηθεῖται, ὡς ὁ ὑπέξουσος· ὁ δὲ κληρονόμος αὐτοῦ εἰς ὀλόκληρον ἐνάγεται.

Καὶ ἂν μετὰ πολλὰ ἔτη ἐνάγεται ὁ υἱός, εἰς ὀλόκληρον ἐνάγεται.

1) \* (O<sup>x</sup>) δυνάμενος κινήσαι τὴν κινουμένην ἀγωγὴν κατὰ τοῦ δεσπότητος, ἢ ἴκα κεύσει αὐτοῦ συναλλάξει μοι δοῦλος αὐτοῦ· ἂν κινήσῃ τὴν περι πεκουλίου, οὐ δύναται μετὰ ταῦτα κινεῖν τὴν προειρημένην ἀγωγὴν, εἰ μὴ ἀπατηθεῖς γ) ἐκίνησε τὴν περι πεκουλίου ἀγωγὴν.

2) (O<sup>z</sup>) δυνάμενος κινήσαι τὴν quod iussu, ἂν κινήσῃ τὴν δὲ πεκουλίῳ, οὐ δύναται μετὰ ταῦτα τὴν quod iussu κινεῖν, εἰ μὴ ἀπατηθεῖς ἐκίνησεν τὴν δὲ πεκουλίῳ.

3) Καὶ <sup>a)</sup> περι τοῦ δυναμένου κινήσαι τὴν παροῦσαν ἀγωγὴν, καὶ κινήσαντος τὴν περι πεκουλίου, τότε δύναται ἀνακλῆν, καὶ κινήσαι τὴν τοιαύτην ἀγωγὴν, καὶ τότε κωλύεται.

ε. <sup>b)</sup> Καὶ περι τοῦ, ἂν καταδικασθῆ ὁ υἱὸς ζῶντος τοῦ πατρὸς, πῶς μέχρις εὐπορίας καταδικάζεται αὐτέξουσος γενόμενος.

Καὶ εἰς πόσον ἐνάγεται γενόμενος κατ' ὁμάδα λεγατάριος, ἢ ἀναγκασθεῖς κληρονομήσει καὶ ἀποκαταστήσει.

ς'. Καὶ ἂν προσποιησάμενος ἑαυτὸν αὐτέξουσιον, ἐπερωτήσῃ κατ' ἐντολήν μου, καὶ ἄπορος ὦν ἐνάγεται.

ζ. Καὶ περι πατρὸς ἐπιτρέψαντος νῖῳ δανείσασθαι, καὶ ἐντεταμένον δι' ἐπιστολῆς τῷ δανειστῇ, δανείσει, πῶς ἔχει ὁ δανειστής ἄδειαν, κινεῖν ἢ κατὰ τῶν κληρονόμων κατὰ τῆς κληρονομίας αὐτῶν, ἢ κατὰ

contraxerit, in solidum teneor: vel si non iusserim, eatenus, quatenus in rem meam versum fuerit: vel si neutrum horum sit, neque item competat institoria, per quam dominus ab his, qui cum eo, qui eius potestati subiectus est, contraxerunt, in solidum convenitur, nec tributoria, quae inter dominum et contrahentes pro rata lucrum distribuit: actioni de peculio locus est.

Et in quid teneantur ii, qui in potestate eos habent, qui iussu eorum, vel sine iussu contraxerunt, et quales actiones adversus eos dentur.

II. Item si pecunia in peculium filii, vel in patri- *L. 2. pr.*  
monium patris redacta sit, et filius emancipatus, vel *D. XIV. 5.*  
in adoptionem datus, vel a patre exheredatus, vel in partem heres scriptus fuerit, vel hereditate abstinuerit, convenitur, in quantum facere potest.

III. Nec deducit id, quod aliis debetur, qui cum *L. 3.*  
eo durante potestate contraxerunt, nisi quis privile- *D. eod.*  
gium habeat, sicuti mulier vel sponsa in dote. Item quale deducat.

IV. Sed si non ex parte minima filius heres scri- *L. 4. pr.*  
ptus sit, lege, in quibus et quomodo creditor electio- *D. eod.*  
nem habeat.

Item qui patremfamilias se mentitus est, et ex- *§. 1. 2.*  
heredatus, et delictorum nomine in solidum conve-  
nitur.

Item cui succurratur, in quantum facere possit, ut *§. 3.*  
filiofamilias: heres autem eius, in solidum convenitur.

Item si post multos annos cum filio agitur, in *§. 4.*  
solidum convenitur.

Is, qui cum posset agere contra dominum, cuius *§. 5.*  
iussu servus contraxit, si de peculio egit, postea prae-  
dicta actione experiri non potest, nisi deceptus de  
peculio egerit.

Is, qui potest agere de iussu, si egerit de pe-  
culio, non potest postea quod iussu, nisi deceptus  
egerit de peculio.

Item de eo, qui cum hac actione experiri posset,  
de peculio egit, quando regressum habeat ad hanc  
actionem, et quando non habeat.

V. Item si filius vivo patre condemnatus sit, *L. 5. pr.*  
quomodo sui iuris effectus in quantum facere possit, *D. eod.*  
condemnetur.

Et in quantum teneatur, si hereditas per fidei- *§. 1. 2.*  
commissum ei relicta sit, vel coactus hereditatem  
adierit et restituerit.

VI. Item si patremfamilias se simulaverit, et man- *L. 6.*  
datu meo stipulatus fuerit, etiamsi inops sit, con- *D. eod.*  
venitur.

VII. Item si pater filio mutuam pecuniam acci- *L. 7.*  
pere permiserit, et per epistolam creditori manda- *D. eod.*  
verit, ut ei crederet, quomodo in potestate creditoris  
sit, utrum adversus heredes pro parte hereditaria

ε) E Tipucito. u) Cap. 2. habet Tipucitus. v) Cap. 3. e Tipucito. w) Cap. 4., modo thema ultimum excipias, e solo Tipucito haustum est. x) §. 5. e Syn. p. 180. desumta est. Legitur apud Fabr. T. II. p. 360. y) Ita Leuncl. in marg. Syn. In textu legitur ἀπατηθεῖς. z) E Schol. g. ad Basil. LX. 5. cap. 4. Fabr. T. VII. p. 150. a) E Tipucito. b) Cap. 5. 6. 7. e Tipucito exhibita sunt.

τοῦ υἱοῦ εἰς ὀλόκληρον. εἰς ὃ δὲ δύναται ὁ υἱός, καταδικάζεται.

L. 8.  
D. XIV. 5.

γ'. 1) \* Προέστησα<sup>c)</sup> τὸν δοῦλόν μου ἐπὶ τῷ δανείζειν καὶ λαμβάνειν ἐνέχυρα. ὃ δὲ λαβὼν χρυσίον παρὰ τινος ἀγοράζοντος κριθῆν, καὶ παραδοθεὶς αὐτῷ ἀντὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πληρῶσαι τῷ πρῶτῳ, ἔφυγεν. κἂν μὴ τοῦτου<sup>d)</sup> προέστη, ὅμως ἐὰν ἐν πᾶσι τὸν τόπον μου ἐπέιχεν, ἐνέχομαι τῷ προσλαβόντι αὐτὸν εἰς τὸ ἀποπληρωθῆναι· εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐγγύη δοκεῖ τὸ ὑπὲρ ἄλλου καταβαλεῖν, οὐ μὴν τὸ παρ' ἑτέρου δέξασθαι· καὶ οὐκ εἰώθεν ὁ δεσπότης ἐκ τῆς τοιαύτης αἰτίας ἐνέχεσθαι, οὔτε δοκεῖ τοῦτο ἐντέλλεσθαι.

2) Καὶ<sup>e)</sup> περὶ δοῦλον προϋσταμένον ἐπὶ τῷ δανείζειν καὶ λαμβάνειν ἐνέχυρα, καὶ λαβόντος χρυσίον παρὰ τινος ἀγοράζοντος κριθῆν, καὶ διὰ τοῦτο παραδοθέντος αὐτῷ ἀντὶ αὐτοῦ εἰς τὸ πληρῶσαι τῷ πρῶτῳ, καὶ φυγόντος· πῶς, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ τούτῳ προέστη, ὅμως εἰ ἐπέιχεν ἐν πᾶσι τὸν τόπον τοῦ δεσπότη, ἐνέχεται ὁ δεσπότης τῷ προσλαβόντι αὐτὸν εἰς τὸ ἀποπληρωθῆναι.

### TITΛΟΣ Δ'.

Περὶ<sup>f)</sup> συγκλήτου θεσπίσματος Μακεδονιανείου, ὅπερ κινεῖται, ἡνίκα ἢ ὑπεξουσίος ἢ ὑπεξουσία<sup>g)</sup> παρὰ τὰς ἐν τούτῳ τῷ τίτλῳ ἐγκειμένης διατάξεις<sup>h)</sup> δανείζεται<sup>i)</sup>).

L. 1. pr.  
D. XIV. 6. α'. 1) \* Ὁ<sup>k)</sup> δανείζων ὑπεξουσίῳ χορήματα, οὔτε μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἔχει ἀπαίτησιν.

2) Καὶ<sup>l)</sup> βι<sup>m)</sup> ὁ δανείζων ὑπεξουσίῳ, οὔτε μετὰ τελευτὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἔχει ἀπαίτησιν.

§. 1. Καὶ<sup>m)</sup> περὶ υἱοῦ αἰχμαλώτου δανεισαμένου, πότε ἐνέχεται, ἢ μὴ. φησὶν δέ, εἰ ὑποστρέψει ὁ πατήρ, μὴ ἐνέχεσθαι αὐτόν.

§. 2. 1) \* Οἷοςδήποτε<sup>n)</sup> ἀξιοματικὸς ὑπεξουσίος κενώλται δανείζεσθαι, πλὴν τοῦ ἔχοντος ἰδιόκτητον πεκούλιον.

2) Καὶ<sup>o)</sup> ..... ἀξιοματικὸς ὑπεξουσίος ..... πλὴν τοῦ ἔχοντος πεκούλιον ἰδιόκτητον.

L. 2.  
D. eod. β'. 1) \* Δανείζεται<sup>p)</sup> γὰρ μέχρι τοῦ ποσοῦ τοῦ ἰδιοκτήτου πεκούλιον· ὃ γὰρ ὑπεξουσίος ἐν τῷ ἰδιοκτήτῳ πεκούλιῳ τάξιν ἔχει αὐτεξουσίον.

2) Ὁ ὑπεξουσίος<sup>q)</sup> γὰρ ἐν τῷ πεκούλιῳ δοκεῖ αὐτεξουσίος εἶναι.

L. 3. pr.  
D. eod. γ'. 1) Καὶ περὶ τοῦ, ἐὰν τις οὐχ ἀπλῶς, οὐδὲ κατὰ ἄγνοιαν νόμον πιστεύσῃ, αὐτεξουσίον εἶναι τὸν ὑπεξουσίον, πολλοῖς δοκοῦντι εἶναι τοιοῦτον, καὶ συναλλάττοντα καὶ λειτουργοῦντα, ἀργεῖ τὸ δόγμα.

§. 1. Ὡςπερ ἐπὶ τοῦ μισθωσαμένου δημόσια τέλη.

cuiusque, an adversus filium in solidum agere velit. Filius autem in quantum facere potest, condemnatur.

VIII. Praeposui servum meum mutuis pecuniis dandis et pignoribus accipiendis. Is accepto auro a quodam emtore hordei, et delegatus ad dandum ipsius nomine pretium venditori, fugit. Quamquam in eam rem praepositus non erat, quia tamen in omnibus locum meum obtinuit, teneor illi, qui eum accepit, ut sibi satisfaceret: licet fideiussio esse videatur, pro alio solvere, non etiam ab alio suscipere: nec solet ex tali causa dominus obligari, neque hoc mandare videatur.

Et de servo mutuis pecuniis dandis et pignoribus accipiendis praeposito, si auro ab emtore quodam hordei accepto, ideoque delegatus ad satisfaciendum loco eius venditori, fugerit: quomodo, licet in eam rem praepositus non fuerit, tamen si in omnibus locum domini obtinuerit, dominus illi, qui servum, ut sibi satisfaceret, accipit, teneatur.

### TITULUS IV.

De Senatusconsulto Macedoniano, cui locus est, cum filius vel filiafamilias contra sanctiones hoc titulo comprehensas mutuum pecuniam acceperit.

I. Qui filiofamilias pecuniam mutuam dat, nec post mortem patris eius petitionem habet.

Item qui filiofamilias mutuam dat pecuniam, nec post mortem patris eius petitionem habet.

Et de filio captivi, si mutuam pecuniam acceperit, quando teneatur, vel contra. Dicitur autem, si pater redierit, non teneri eum.

Cuiuscunque dignitatis sit filiusfamilias, mutuum sumere prohibetur, excepto eo, qui castrense peculium habet.

Item ..... dignitatis sit filiusfamilias ..... excepto eo, qui castrense peculium habet.

II. Nam mutuam pecuniam sumit usque ad castrensis peculii quantitatem: filiusfamilias enim in castrensi peculio vicem patrisfamilias obtinet.

Nam filiusfamilias in peculio paterfamilias esse videtur.

III. Item, si quis non simplicitate deceptus, neo per iuris ignorantiam filiumfamilias esse patremfamilias crediderit, qui talis esse pluribus videbatur, et contrahebat, et muneribus fungebatur, cessat Senatusconsultum.

Quemadmodum in eo, qui vectigalia publica conduxit.

c) E Syn. p. 180. habet Fabr. T. II. p. 361. d) Leuncl. in marg. recte τοῦτον. Syn. τοῦτον. e) E Tipucito. f) Haec tituli inscriptio est in indice titulorum Coisliniano et apud Tipucitum. Fabrotus ita inscribit titulum: περὶ δόγματος τοῦ Μακεδονιανείου. Synopsis nullam tituli inscriptionem suppediat. g) Verba ἢ ὑπεξουσία in indice Coisl. secunda manu adscripta sunt. h) Tipucitus: παρα τὰς ἐγκειμένης ἐν τῷ τίτ. διατ. i) Tip. δανείζεται. k) E Syn. p. 181. habet Fabr. T. II. p. 361. l) E Tipucito. m) E Tipucito. n) E Syn. p. 181. habet Fabr. T. II. p. 361. o) E Tipucito. Supple lacunam ex praecedentibus. p) E Syn. p. 181. habet Fabr. T. II. p. 361. q) E Tipucito. r) Cap. 3. e Tipucito haustum est.



Καί<sup>s</sup>) ὅτε ὁ δανείσας οὐκ ἠδυνήθη γνώσει, εἰ ἔστιν ὑπέξουσος. εἰ δὲ ὑπέξουσος ὑπέξουσῶ δανείσει, ἀργεῖ τὸ δόγμα, κἄν ἐλευθέρων πεκουλλῶν διοικήσιν εἶχεν ὁ δανείσας· οὐ συνίσταται γὰρ δάνειον· ἐκδικεῖ γὰρ ὁ πατὴρ τὰ νομίματα.

Καὶ ὅτι ἐπὶ μόνῃς ἀριθμήσεως χρημάτων χώρα τῷ δόγματι, οὐ μὴν τῶν ἄλλων ἀπειλομένων, ἔξ ἀγοριστίας τυγόν, ἢ μισθώσεως, ἢ ἐπερωτήσεως, ἢ ἑτέρου τρόπου, κἄν ταῦτα ὡς ἀπὸ δανείου χρεωστῶν ὁμολογήσῃ· εἰ μὴ περιγραφῇ γέρονεν· ἴσως γὰρ μὴ δυνάμενος δανείσαι, ἐπώλησα αὐτῷ, ἵνα τὸ τίμημα ἀντὶ δανείου σχῆ.

Καὶ ὅτι ἀργεῖ τὸ δόγμα, ἐὰν ὑπέξουσος ὁμολογήσῃ, καὶ ὅπως οὖν ἀντιέξουσῶ γενομένη ἀπαριθμηθῆ.

δ. <sup>v</sup>) Τῆ γὰρ ἀπαριθμήσει προσέχομεν, οὐ μὴν τοῦδαντίον.

ε. <sup>v</sup>) Τυχὸν ἀντιέξουσος ὁμολόγησε, καὶ ὑπέξουσῶ ἀπαριθμηθῆ· χώρα ἔστι τότε τῷ δόγματι.

ε'. 1) Δανειζομένου <sup>v</sup>) ὑπέξουσίου βοηθεῖται ὁ ἐγγυητής, κἄν ὡς ἑὸς καὶ αὐτὸς ἐδόθη, ἵνα μὴ βοηθῆται ὡς ἐγγυητής.

2) Καί<sup>w</sup>) ὅτι ἐγγυωμένου τοῦ ὑπέξουσίου ἀργεῖ τὸ δόγμα, εἰ μὴ ἄρα μέλλων δανείσασθαι ἐσχηματίσατο τὸν ἐγγυώμενον [καὶ] ἕτερον ἐναγόμενον δέδωκεν· τότε γὰρ ἐκάτερος βοηθεῖται, καὶ οἱ ἐγγυηταὶ τοῦ ὑπέξουσίου.

Εἰ<sup>x</sup>) δὲ μέλλων δανείζειν ὑπέξουσῶ λάβω σε συνεναγόμενον, ἵνα μὴ ὡς ἐγγυητής βοηθῆ, χώρα τῆ παραγραφῆ.

Καὶ περὶ υἱοῦ ὑπέξουσίου τοῦ πατρὸς ἐξορισθέντος ἢ ἐπὶ πολλὸν χρόνον ἀπολειφθέντος, καὶ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ ὁμολογησάτος προῖκα ὑπὲρ τῆς θυγατρὸς, καὶ ἐνεχυράσαντος πράγματι τοῦ πατρὸς, τότε ἀργεῖ τὸ δόγμα, καὶ τὸ ἐνέχυρον οὐκ ἔρρωται, καὶ τότε ἔρρωται.

Καὶ ὅτι οὐκ ἐπὶ πάντων τῶν δανειζομένων εἰδῶν, ἀλλὰ μόνων ἀγοριῶν, χώρα τῷ νόμῳ· εἰ μὴ πρὸς περιγραφῆν τις δανείσει οἶνον, ἢ σῖτον, ἢ ἔλαιον, ἵνα πωλήσῃ ὁ ὑπέξουσος καὶ χρῆσθῃ τῷ τιμήματι.

Χώρα τῷ δόγματι, εἰ καὶ ἕτερον ἦν ὑπέξουσος ἐν τῷ δανείζεσθαι, καὶ νῦν ἕτερον.

Καὶ ἐνθα μὴ ἀπέθανεν ὁ πατὴρ, ἀλλὰ τῆς πολιτείας ἐξέπεσε.

Τὸ αὐτὸ καὶ περὶ δύο ἐναγομένων ἐπερωτῶντων.

Καὶ περὶ τοῦ, εἰ δύο ὑπέξουσους λάβω ὑποχρέους, ὧν τὸν ἓνα ἐνόμιζον ἀντιέξουσιον, τί γίνεται.

Καὶ πῶς ἐπὶ τοῦ παρόντος θέματος τοῦ ὑπέξουσίου ἀποθανόντος, βοηθεῖται ὁ πατὴρ αὐτοῦ, εἴτε ὁ κληρονόμος αὐτοῦ.

1) \* Ἐὰν <sup>y</sup>) ὑπέξουσος ὁ προσετιῶς δανείσῃται, ὁ μὲν προσετιῶς αὐτὸν ἐνάγεται τῆ κατὰ τοῦ προσετιῶσαντος κινουμένη ἀγορῆ· αὐτὸς δὲ τὴν τοῦ δόγματος ἔχει παραγραφῆν, εἰ μὴ ὁ πατὴρ αὐτὸν τῆς ἰδίας προσετιῶσαι πραγματείας, ἢ ἠνέσχετο ἐν τῷ πεκουλλῶ

Et cum creditor scire non potuit, an filiusfam- L. 3. §. 2.  
lias sit. Quodsi filiusfamilias filiofamilias crediderit, D. XIV. 6.  
cessat Senatusconsultum, licet qui credidit, liberam peculii administrationem habuerit: mutuum enim non contrahitur: nam pater nummos vindicat.

Item in sola pecuniae numeratione Senatuscon- §. 3.  
sulto locus est, nec vero in aliis, quae debentur, puta ex causa emtionis, vel locutionis, vel stipulationis, vel alia, licet haec tanquam ex mutuo debita promiserit: nisi fraus facta sit: fortasse enim, cum credere non potui, vendidi ei, ut pretium loco mutui haberet.

Item cessat Senatusconsultum, si filiusfamilias §. 4.  
promiserit, et qualicumque modo patrifamilias facto numeratum sit.

IV. Nam numerationem spectamus, nec vero vice L. 4.  
versa. D. eod.

V. Puta paterfamilias promisit, et filiofamilias Deest L. 5.  
facto numeratum est: tunc locus est Senatusconsulto. L. 6.  
D. eod.

VI. Filiofamilias mutuam pecuniam accipiente, L. 7. pr.  
fideiussori succurritur, etiamsi tanquam reus ipse da- D. eod.  
tus sit, ne succurratur ei tanquam fideiussori.

Item si filiusfamilias fideiusserit, cessat Senatus-  
consultum, nisi pecuniam mutuam accepturus fideius-  
sorem se finxit et alium reum dedit: tunc enim utri-  
que succurritur, et fideiussoribus filiofamilias.

Si vero filiofamilias mutuam pecuniam daturus §. 1.  
te cum eo reum accepi, ne quasi fideiussori tibi suc-  
curreretur, exceptioni locus est.

Item si filiusfamilias patris relegati vel longo §. 2.  
tempore absentis dotem pro filia promiserit, et res  
patris obligaverit, quando cesset Senatusconsultum et  
pignus non valeat, et quando valeat.

Item non in omnibus speciebus, quae mutuo dari §. 3.  
solent, sed in sola pecunia locus est Senatusconsulto:  
nisi in fraudem eius quis vinum, vel frumentum, vel  
oleum mutuum dederit, ut filiusfamilias venderet, et  
pretio uteretur.

Locus est Senatusconsulto, si in alterius erat §. 4.  
potestate, cum mutuum daretur, et nunc in alterius.

Item si pater non decessit, sed civitatem amisit. §. 5.

Idem et de duobus reis stipulanti valet. §. 7.

Idem de eo, quid fiat, si duos filiosfamilias ac- §. 8.  
cepero reos, quorum alterum putabam esse patrem-  
familias.

Et quomodo hac specie, filiofamilias mortuo, §. 10.  
patri eius, vel heredi eius succurratur.

Si filiusfamilias institor mutuam pecuniam acce- §. 11.  
perit, ille quidem, qui eum praeposuit, institoria  
actione convenitur: ipse vero Senatusconsulti excep-  
tionem habet, nisi pater eum suae negotiationi prae-  
posuit, vel in peculio eum negotiari passus est. Nam

s) Argumentum §. 2. traditur et in Scholio 11. ad Basil. XI. 1. cap. 28. e Cod. Coisl. CLII. desumpto, quod reperitur editionis nostrae Tom. I. p. 615. t) Cap. 4. e Tipucito haustum est. u) Cap. 5. e Tipucito, v) E Schol. 25. ad Basil. XIV. 1. cap. 12. e Cod. Coisl. CLII. desumpto, edit. nostrae T. II. p. 97. Praemittitur in scholio: Ζήτει βιβ. ιη'. ττ. δ'. κεφ. β'. ὡς κ. τ. λ. in textu. w) E Tipucito. x) §. 1. usque ad §. 10. habet solus Tipucitus. y) E Syn. p. 181. habet Fabr. T. II. p. 362.

αὐτὸν πραγματεύεσθαι. γνώσκων γὰρ, αὐτὸν πραγματεύεσθαι, δοκεῖ καὶ τοῦτο ἐπιτρέπειν, εἰ μὴ ῥητῶς κωλύσει.

2) Καὶ<sup>2)</sup> περὶ προεστῶτος δανεισαμένου ὑπεξουσίον, ποίοις τρόποις ἐνάγεται ὁ αὐτὸν προστήσας, καὶ ποίοις ὁ προσταθείς, εἰ μὴ ὁ πατὴρ αὐτὸν προεστῆσατο τῆς ἰδίας τραπέζης ἢ πραγματείας, ἢ ἠγέσχετο, ἐν τῷ πεκουλίῳ αὐτὸν πραγματεύεσθαι. δοκεῖ γὰρ καὶ τοῦτο παραγγέλλειν, εἰ μὴ ῥητῶς κωλύσει.

L. 7. §. 12. 1) \* Ἐὰν<sup>a)</sup> τὸ δανεισθὲν στρέψη εἰς τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς, κἂν μὴ τοιαύτη γνώμη ἐδανείσατο, ἀργεῖ τὸ δόγμα. εἰ μὲντοι ἀγνοοῦντι τῷ πατρὶ ὑπὲρ χρέους κατέβαλεν, οὐκ ἔστι δαπάνημα ὑπὲρ πατρὸς, καὶ χάρα τῷ δόγματι.

2) Καὶ<sup>b)</sup> περὶ τοῦ, ἐὰν τὸ δανεισθὲν στρέψη εἰς τὴν οὐσίαν τοῦ πατρὸς, κἂν μὴ τοιαύτη αἰτία ἐδανείσατο, ἀργεῖ τὸ δόγμα. καὶ ποῖον οὐ λέγεται δαπάνημα, ὡς τὸ καταβληθὲν ὑπὲρ χρέους ἀγνοοῦντι τῷ πατρὶ.

§. 13. Καὶ<sup>c)</sup> περὶ ὑπεξουσίον ἀπόντος καὶ ἔνεκεν σπουδασμάτων δανεισαμένου σύμμετρα καὶ τὸ εἰωθὸς παρὰ τοῦ πατρὸς, πῶς ἐν αὐτῷ ἀργεῖ τὸ δόγμα.

§. 14. Καὶ ὅτε δανεισάμενος ὑπεξούσιος καταβάλλῃ ἑτέρῳ δανειστῇ, μὴ ἐκβαλλομένῳ τῇ τοῦ δόγματος παραγραφῇ, ἀργεῖ τὸ δόγμα.

§. 15. Καὶ εἰ ἄρξεται ὁ πατὴρ καταβάλλειν τὸ παρὰ τοῦ υἱοῦ δανεισθὲν, ἀργεῖ τὸ δόγμα.

§. 16. Καὶ ἐὰν αὐτὸς ὑπεξούσιος καταβάλλῃ, ἀργεῖ τὸ δόγμα καὶ ἡ ἀνάληψις.

L. 8. ζ'. Εἰ<sup>d)</sup> δὲ ἀγνοῶν ὁ κουράτωρ καταβάλλῃ, ἀνα-  
D. eod. λαμβάνεται.

L. 9. πρ. η'. Εἰ<sup>e)</sup> δὲ γενόμενος ἀντεξούσιος ἐνέχυρον παρὰ  
D. eod. σχῆ, ἀργεῖ τὸ δόγμα μέχρι ποσοῦ τοῦ ἐνέχυρου.

§. 1. 1) \* Ἐὰν<sup>f)</sup> λαβῶν δωρεὰν ὑπεξούσιος, καταβάλλῃ τῷ δανεισάντι, παντὶ τρόπῳ ἀπαιτεῖ αὐτὰ ὁ πατὴρ. οὐτε γὰρ εἶχεν αὐτῶν ὁ υἱὸς τὴν ἐκποίησιν, εἰ μὴ ὁ δωρησάμενος ἐπὶ τῷ καταβληθῆναι αὐτὰ τῷ δανειστῇ ἐδωρήσατο.

2) Ἐὰν<sup>g)</sup> τις δωρήσεται χρήματα ὑπεξουσίῳ ἐπὶ αἰρέσει τοῦ ταῦτα καταβαλεῖν δανειστῇ αὐτοῦ τοῦ ὑπεξουσίον, ἅμα καὶ ἐν αὐτῇ τῇ ῥοπῇ τοῦ δοθῆναι τὰ χρήματα ἐπὶ τοιοῦτῳ ὄρῳ τῷ ὑπεξουσίῳ, μεταφέρεται ἡ δεσποτεία αὐτῶν τῶν χρημάτων ἐπὶ τὸν δανειστὴν τοῦ τὴν δωρεὰν δεξαμένου ὑπεξουσίον.

3) Καὶ<sup>h)</sup> περὶ τοῦ λαβόντος δωρεὰν ὑπεξουσίον καὶ καταβάλλοντος τῷ δανειστῇ, πῶς ἐκδικεῖ ταύτην ὁ πατὴρ, εἰ μὴ ἐπὶ τούτῳ ἐδωρήθη.

§. 2. 1) \* Καὶ<sup>i)</sup> ἐπὶ ὑπεξουσίας χάρα τῷ δόγματι, κἂν ἐκ τῶν δανεισθέντων ἠγόρασεν κόσμια. καὶ ἐπὶ υἱοῦ γὰρ, εἴτε δαπανηθῇ τὸ δανεισθὲν, εἴτε φαίνεται ἐν τῷ πεκουλίῳ, χάρα τῷ δόγματι.

2) Καὶ<sup>k)</sup> ἐπὶ ὑπεξουσίας χάρα τῷ δόγματι, κἂν ἐκ τῶν δανεισθέντων ἠγόρασε κόσμια. καὶ ἐπὶ υἱοῦ,

si scit, eum negotiari, etiam hoc permittere videtur, si non nominatim prohibuit.

Item si filiusfamilias institor mutuum pecuniam acceperit, quomodo is, qui eum praecepit, et quomodo ipse institor conveniatur, nisi pater eum suae mensae vel negotiationi praecepit, vel in peculio eum negotiari passus est. Nam et hoc permittere videtur, si non nominatim prohibuit.

Si mutuum pecuniam sumtam in rem patris vertit, quamvis hoc animo mutuum non acceperit, cessat Senatusconsultum. Si tamen patri ignoranti in debitum proprium solvit, in rem patris versum non est, et locus est Senatusconsulto.

Item si pecuniam mutuo sumtam in rem patris vertit, quamvis in hanc causam mutuum non acceperit, cessat Senatusconsultum. Et quid non dicatur in rem versum, uti id, quod patri ignoranti in debitum proprium solutum est.

Item si filiusfamilias absens studiorum causa mutuum pecuniam sumsit non immodicam, nec super eam quantitatem, quam pater dare solebat, quomodo in eo Senatusconsultum cesset.

Item cum filiusfamilias mutua pecunia sumta, alii creditori solvit, qui Senatusconsulti exceptione non summovertetur, cessat Senatusconsultum.

Item si pater mutuum a filio sumtum solvere coeperit, cessat Senatusconsultum.

Item si ipse filiusfamilias solverit, cessat Senatusconsultum et soluti repetitio.

VII. Si vero curator ignorans solverit, repetitioni locus est.

VIII. Sed si paterfamilias factus pignus dederit, cessat Senatusconsultum usque ad pignoris quantitatem.

Si donatam sibi pecuniam filiusfamilias creditori solverit, omni modo pater eam repetit: neque enim filius alienationem eius habuit, nisi donator ea conditione donaverit, ut creditori solveretur.

Si quis filiofamilias pecuniam ea conditione donaverit, ut eam creditori ipsius filiofamilias solveret, eodem momento et simul ac pecunia ea conditione filiofamilias data fuerit, dominium ipsius pecuniae transfertur ad creditorem filiofamilias, qui donationem accepit.

Item si filiusfamilias donatam sibi pecuniam creditori solvit, quomodo pater eam vindicet, nisi ad hoc donata sit.

In filia quoque familias Senatusconsulto locus est, quamvis ex pecunia credita ornamenta comparaverit. Nam et in filio, sive pecunia mutuo accepta consumpta sit<sup>1)</sup>, sive in peculio extet, Senatusconsulto locus est.

Etiam in filiafamilias locus est Senatusconsulto, quamvis ex pecunia credita ornamenta comparaverit.

\*) E Tipucito. a) E Syn. p. 181. habet Fabr. T. II. p. 362. b) E Tipucito. c) §. 13. 14. 15. 16. e Tipucito haustae sunt. d) E Tipucito. e) E Tipucito. f) E Synopsi p. 181. habet Fabr. T. II. p. 362. g) Ex Eustathio de diversis temporum intervallis, tit. de momento. §. 10. in Leuncl. Iur. Gr. Rom. T. II. p. 208., ubi additur in fine: ὡς βιβ. ιδ'. τῶν διγ. τιτ. ζ'. τῶν δὲ βασιλικῶν βιβ. ιη'. τιτ. δ'. κεφ. γ'. θεμ. θ'. In edit. Zachariaei est §. 11. cap. I. h) E Tipucito i) E Syn. p. 181. habet Fabr. T. II. p. 362. k) E Tipucito.